Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Parnassvs Poeticvs Mœsto-Lætatus

Höfflich, Hieronymus

Altdorphii, 1623

VD17 VD17 15:745589E

Ad eundem

urn:nbn:de:bsz:31-138658

Hæc mihi tum tua vox faciles infuſit ad aures
Miranda mirans horreo,
Ergo age decerpſti, quibus hæc Venerande Magiſter
Paucis rogo de nomina,
Hæc duo ſunt, ſequitur quæ reſtat clauſula claudens
Vivens vire, virens vale.

Ad Virum Reverendum, Humaniſſimum Dn.

M. Hieronymum Theodoricum,

Paſtorem Eccleſiæ Sumerohuſanæ emeritum, propatrem Venerandum.

NE tui immemorem meam Camœnam.
Dicas Vir Reverende, mî Colende.
Salve preco Dei Sacrate, Salve.
Salve Theologæ Decus Minervæ,
Salve noſter amor, patrone Salve.
Salve vive vale dies beatos
Salvus vive vale, lubens benignos
Hos vultu cape candidos Phaleucos,
Sic ad Te venient frequentiores.

Ad Eundem.

CErtè vix Danaas poſt Pergama victa puellas
Ad patrios Lares virum regreſſus
Gaudiis beavit amplioribus,

Quàm fautor Venerande, mihi patris inſtar amande
Epiſtolæ tuæ ſuaviores
Quæ meas pridem advolâre dextras,
Hinc promiſſa tuos repetit mea Muſa penates,
Linguaq; debita ferens amoris
Filialis indicem, ſalubrius
Illud ave, ſalvere jubet te Neſtoris annos
Et virtuoſiore cum marita
Omne contubernium domeſticum,
Et tantum Hœfflichio (quem noſti) quippe miſello
Pergas favere priſtino favore,
Et favore, poſcit ore ſupplice,
Cætera, cum forſan dabitur mox copia fandi
Coram, tacendo tranſeant avenæ.
Ultimo modo ſonent Vale, Vale.

In Prudentiam Moralem Viri Humaniſſimi Domini, *M. Georgii Friderici* Blintzig/ *Fautoris & amici amandi.*

QUem dicam FRIDERICE te peritum?
Queis ornem FRIDERICE te peritum,
Sat dignè titulis? ſtupens profectò
Neſcio, dubito, ſtupens profectò
Te Divo ingenio beatiorem.

Divo